

Zeitschrift: Archiv für schweizerische Geschichte

Band: 1 (1843)

Quellentext: Informatio dominorum Friburgensium : 24. Septembris 1512

Autor: [s.n.]

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. [Siehe Rechtliche Hinweise.](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. [Voir Informations légales.](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. [See Legal notice.](#)

Download PDF: 22.01.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

III.

Informatio Dominorum Friburgensium.

24. Septembris 1512.

Cette pièce, tirée des Archives de Fribourg, nous a été communiquée par Mr. le Chancelier de Verro. Elle ne porte pas d'autre intitulé que celui qui se trouve ici. On se demande à qui l'expédition originale du Mémoire informatif peut avoir été adressée. Il n'est pas douteux que ce ne soit au Pape Léon X et que le bourgmestre Pierre Faucon, qui après la mort d'Arsent, se jeta dans les expéditions d'Italie et y joua un rôle marquant, n'ait reçu la mission de remettre cette pièce aux mains du souverain Pontife. Nous en trouvons la preuve 1) dans le mémorial du conseil qui, à la date du 24 Septembre 1512 (indiquée sur la minute du mémoire), porte qu'il sera donné des lettres de créance et des instructions pour Rome au bourgmestre Faucon; 2) dans une réponse, en forme de Bref de Léon X, du 23 Avril 1513, par laquelle, après avoir rappelé les principaux faits énumérés dans l'information du 21 Septembre 1512, et spécialement ce qui se rapportait à la nomination de Nicolas Bugniet à la dignité de Doyen de St. Nicolas en remplacement de Louis Loibli, „qui s'était rendu fugitif”, le Pape approuva ce qui a été fait à cet égard par le magistrat de Fribourg.

Les faits sont, dans le Mémoire que nous publions, présentés sous un jour bien différent de celui sous lequel nous les montrent Gloutz-Blozheim, dans *l'Histoire des Confédérés*, et *l'Histoire de l'arrestation et de l'exécution du Chevalier d'Arsent*, la principale source à laquelle Gloutz a puisé. Le patriote est dépeint comme l'agent du parti français et comme rebelle au St. Siège. Le devoir de l'histoire est de rechercher la vérité, après avoir entendu les plaidoyers des partis; la tâche des *Archives* est de recueillir et d'éditer les pièces qui peuvent servir à l'histoire à formuler ses jugemens. Vulliemin.

Schultetus Consules, et Vniuersi Ciues Ciuitatis Friburgensis apud Heluetios Lasann. Diœcæsis exponunt: Quod de anno Domini 1510 quidam Franciscus Arsent Miles tunc Scultetus Friburgensis gallicæ factionis studiosus, procurauit erga Venerabilem Virum Dominum Nicolaum Bugnieti Plebanum Ecclesie Parochialis Sancti Nicolai Friburgensis pietate perfectum, quod tandem Ecclesiam cuidam Ludouico Loiblij prætenso Decano Bernensi, etiam gallicæ factionis studiosissimum resignauit (sic), cuius quidem Ecclesie Jus Patronatus, et præsentatio uniuersis Ciuibus Friburgensibus pertinet, et spectare dignoscitur, ex quo consensus vniuersorum Ciuium in hac resignatione fienda interuenire debuisset, et idem Ludouicus Loiblij per eosdem præsentari, quemadmodum ab antiquo factu consuetum est. Cum autem possessionem huius beneficij adepturus erat, iurauit ille

super sacra Dei Euangelia residentiam personalem et continuam, ut ejus prædecessor, et alij antecessores se facturum. Non multum post contigit quod sanctissimus Dominus noster hodiernus ab Heluetijs petiit ex jure fœderis, nimirum sex millium peditum, ut et electi, et ut ad sanctitatem suam proficiscerentur ordinati sunt. Peruenerunt enim usque ad Varesum, et circa Comum dictionis Mediolani, sed interuenientibus gallicis factionibus res tam sinistre habuit, quo illi milites ad proprios Lares reuersi sunt, reuertentibus illis venit ille seditiosus vir Georg: de Supersaxo¹⁾ Friburgum, qui quidem de eadem factione multum suspiciosus habebatur, uenerat enim cum gallicis Oratoribus a Taurino transiens montes usque ad Gebennam, dimissis autem illis oratoribus, qui ad Helvet. transierunt, pau-sauit ille apud Sabaudos perscrutans à longe qualiter res gallicæ apud Heluet. se haberent; Post sanctos dies secutus est gallicos Oratores tum forte Lucernæ existentes. Cum autem, ut profertur, Friburgum peruenisset, a Ciuibus captus et detentus est ad perscrutandam causam reuersionis Heluetiorum, si quis Oratores gallicos ad Heluetiam prouocasset. Interim venit Friburgum Rdssimus Dominus tunc Episcopus, nunc Cardinalis Seduni, venit et suæ Rdæ Dominationis frater legitimus Dominus Caspar Schiner multa de eodem Georgio conquerens, et ut eundem de septem articulis, tum criminis læsæ maiestatis tum gallicæ factionis et cæterorum criminum deuinceret personam suam contra personam illius seditiosi viri iuxta modum Heluetiorum carceribus mancipandam dedit, ex quo idem Dominus Caspar et Georgius æquali custodiâ seruandi unanima sententia adiudicati sunt, contestatâ lite dies ad opponendum con-

¹⁾ Supersax (Alef de Flue, Surpierre), l'ennemi de Schinner et le chef du parti qui, dans le Valais, soutenait la même cause que d'Ar-sent à Fribourg, était né à Glys, petit bourg au dessous de Brigg. Après avoir fait bannir Schinner du Valais, et avoir été banni à son tour, il mourut dans l'exil à Vevay, l'an 1529. Il avait fait élargir l'église du bourg où il est né et avait fait construire une chapelle pour sa sepulture, mais il n'y fut pas inhumé. On y voyait un tableau où il était représenté, en grandeur naturelle, avec sa femme et vingt-trois enfans qu'il eut d'elle. On lisait cette inscription: „S. Annæ d. Virginis matri G. Supersax miles hanc capellam edidit anno salutis 1519. Altare fundavit et dotavit jure patronatus haeredibus suis reservato, cum ex Margareta natos XXIII genuisset.”

tradendum, et testificandum huic et huic data fuit, duravit
lis, et æqualis custodia amborum usque ad feriam secundam
ante Natiuitatem Domini, qua die præfatus Dominus Caspar tan-
quam iustus et insons, qui prædictum Georgium de multis cri-
minibus conuicerat sententialiter liberatus, Georgius vero pristinae
custodiæ commendatus est.

Adueniente autem vigiliâ Natiuitatis et sedente Senatu actum
est, ut ille Georgius per aduocatum suum intercederet pro con-
fessione et communionem obtinendâ, sed quia id non erat de
foro senatus, et quia dicebatur eundem Georg. in maiori ex-
communicatione Sanctissimi Domini nostri Papæ esse notatum,
remisit Senatus hanc rem discretionem Plebani, qui forte per de-
cem dies ante Friburgum venerat, nullam tamen residentiam
ante fecerat (Vtinam illam adhuc non fecisset!) cognitâ autem
deliberatione Senatus, non fuit idem Ludouicus Loiblij præ-
tensus Plebanus remissus adeundi Georgium, sed in continenti
ad illum properauit, et loco confessionis audiendæ de fugâ
eiusdem praticare cœperunt, cui fugæ consensus prædicti Fran-
cisci Arsent quem de illa consuluerunt non defuit, compositis
autem rebus opportunis ad fugam, tentauerunt in nocte Sancti
Stephani Protomart. eundem Georg. medio certarum interposi-
tarum personarum a domo prætoriali in qua detinebatur extra-
here, quod et factum fuisset, nisi interuenisset optima custodia
cuiusdam Petri Jänny ex officio Clientis ciuitatis qui in illa domo
residebat, qui tunc optimus, et fidelissimus erat, sed postmo-
dum, ut infra patebit, peierauit.

Adueniente autem die S. Stephani, conuenerunt in Ecclesia
Sancti Nicolai idem Ludv. Loiblij et Franciscus Arsent turbati, ex
eo quod defectus eorum factionis adesset, sed statim ille Loiblij
peruersarum rerum speculatiuus adinuenit modum qualiter ille
fidelis seruus Petrus Jännij subuerteretur, et factum est ut idem
Franciscus Arsent antiquus Scultetus pro eodem Petro (cuius com-
pater erat) mitteret, quem suggestionem præfati Lud. Loiblij blandis
verbis allocutus est, ut a custodia sua dimitteret, et permetteret
Georgium euadere, pro quo se ei centum florenos Aehenenses
(sic) daturum perpospondit; abhorruit Petrus recedens et negauit se
hanc rem non facturum, quia scandalum et tumultus magnus fieret

in Urbe. Crastinâ autem die vocavit eum Lud. Loiblij et cum talibus verbis aggreditur : Petre? tu scis ea quæ sororius ¹⁾ meus Dominus Franc. Arsent dixit tibi, nosti illum esse virum grauem et excellentem, fac ea quæ dixit tibi, et consuluit, et lucraberis illam summam tibi promissam; iterum negavit Petrus dicens, quod esset contra honorem et iusiurandum suum, addidit autem Loiblij: et ego dico tibi, quod hoc potes sancte facere et iuste, et illis sic inuicem loquentibus dedit illi unum Rhenensem dicens quod frequentius ad eum veniret, nempe sibi multa bona esset facturus durante sollicitatione illius fugæ. Idem Lud. Loiblij eosdem Franciscum Arsent et Petrum Jännij multis vicibus allocutus est de eadem fugâ promouendâ: sed res semper sinistre se habebant, durante hac factione venit Petrus Taferné Orator Dominorum Friburgensium, qui in Legatione Heluetiorum apud sanctissimum Dominum nostrum Bononiæ missus fuerat, ferens breue Apostolicum huius tenoris: Julius Papa 2dus dilectis filiis salutem et apostolicam benedictionem. Etsi æquius fuisset Georgium de Supersaxo qui non minus vobis quam nobis sanctæ Romanæ Ecclesiæ obfuit in prodicione quam machinatus est apud venerabilem fratrem Mathæum Episcopum Sedunensem Ordinarium suum examinari atque puniri, sed quia honoris vestri esse putatis ut ipse Georg. apud vos ius dicat, et puniatur, hortamur vos charitate paternâ, quatenus talem seueritatem atque integritatem in eo examinando atque puniendo adhibeatis, ut non euadat debitas pœnas, nam si secus fieret, quod absit, non ultores prodicionis, sed conscii reputaremini; id datum Bononiæ sub decembris M. D. X. Pontificis nostri, titulus dilectis filiis Schulteto et Consulibus Friburgensibus. (sic) — Viso et audito breui Apostolico, quamuis præfati Friburgenses optimæ voluntatis extitissent puniendi Georg. ut deuotos filios decet, tanto ardentius iustitiam in eum exequi studebant. Hoc breue non latuit Lud. Loiblij, sed per manus eiusdem Francisci Arsent sororij sui, procurauit ut videret illud, quod et in continenti copiauit et exemplar eius Georgio in carceribus mandauit, et successiue celerius quam ante aduentum

¹⁾ Arsent, gendre de Guillaume de Diessbach, avoyer de Berne, comment était-il beau-frère de Loibli? Avait-il peut-être perdu une première femme et épousé une soeur de Loibli en secondes nocces?

illius breuis Apostolici fugam illius Georgij festinauit, imo procurauit quod Petrus Jännij vnâ nocte a ciuitate recessit, ut non haberet curam vel onus custodiae. Qua nocte videlicet feria sextæ post trium Regum tali factione idem Georgius fugam dedit. Cum autem dies sabbathi eluceret, et nota fuit fuga illius scelerati viri, ecce maximus tumultus fuit in totâ Ciuitate, omnis enim Populus in armis, amicus contra amicum, consanguineus contra alium, et tanta et prius non audita inter Ciues diuisio erat, impugnabat enim alter alteri causam fugæ, tantus tumultus fuit, ut Venerabiles Sacerdotes (dempto Loiblij) qui pridie recesserat sciens in nocte fugam prædictam, cum Eucharistia, cruce et reliquijs processionem facerent.

Tandem Deo auxiliante rebus paccatis consultum est ut nuntij per omnes vicos ad perquirendum illum sceleratum virum destinarentur, tandem 2dâ die apud nouum Castrum quod tunc Marchioni de Orleans spectabat, inuentus est, et cum illo unus Friburgensis socius fugæ, ad noui Castri oratores Friburgenses missi sunt pro restitutione Georgij, et Complicis, sed in vanum laborauerunt, quia Marchio in legatione Francorum Regis apud Heluetios in loco Baden erat, qui per litteras et nuntios obfuit, ita quod nec Georgius nec socius fugæ redditi sunt. Tamen Deo sic volente Friburgensis cum simpliciter interrogaretur, quare pessimus effectus fuisset, inter alia verba dixit, aliquos in Friburgo esse qui maiorem aut similem culpam haberent in hac re, inter quos unum solum, scilicet Petrum Jännij nominauit, dicens quod si ille detentus esset, omnem factionem reuelaret, aufugerat tunc idem Petrus et Franciscus Arsent ad Conuentum fratrum Minorum pro tuitione personarum suarum, ex quo culpa eorum iam apparebat. Reuersis autem Oratoribus ex nouo Castro post relationem eorum consultum est, ut idem Petrus tanquam reus criminis læsæ Majestatis ad priuatos Ciuitatis carceres traheretur, ubi non coactus sed simplici interrogatione consulum ad hoc commissorum culpam suam omnium præmissorum confessus est: nominatim ex suggestione prædictorum Ludouici Loiblij et Francisci Arsent juramenti sui Ciuitati præstiti oblitus fuerat, et, ut præmittitur, fugæ Georgij consentierat. Quo audito etiam Franc. Arsent ex Conuentu Minorum

extractus, et ut alter incarceratus est, qui non coactus, non interrogatus, sed antequam interrogaretur aut examinaretur, omnem culpam suam confessus est, maxime ex suggestionem et consilio illius Loiblij in hunc casum sicut præmittitur incidisset, propter quod facinus ambo capite mutilati sunt, qui cum ad ultimum supplicium ducerentur, ambo coram vniuersitate populi confessi et conquesti sunt; quod Ludouicus Loiblij causa eorum esset, quia utrique consulerat et persuaserat, quod hanc rem sancte et iuste agere possent, et hæc res fuit toti Vniuersitati Ciuium et Incolarum tam lugubris, et molesta, quod uix dici potest, ab illâ die qua ille sceleratus Ludv. Loiblij fugam Georgij Ciuitatem exiuit, Ecclesia parochialis Sancti Nicolai remansit errata et destituta, omnes ciues in tantam iracundiam contra illum scelerosum virum inciderunt, quod maior pars eorum ab omnibus oblationibus et deuotionibus in ipsâ Ecclesiâ fieri consuetis recessit, alii apud heremitas vel Augustinienses, alii apud Minores offertoria et oblationes suas dederunt, ita quod uix ipsa parochialis plebania habebat onera consueta unde soluere, citius et potius enim ciues eorum parochialem Ecclesiam, quam tamen ipsi et eorum prædecessores sumptuosiori Campanili quod sit in totâ Diœcesi imo apud omnes Heluetios similiter campanis miræ magnitudinis propriis sumptibus decorauerunt ruinare permetterent, ex eo quod talem scelerosum plebanum habere deberent, qui scelus sceleri accumulando ausus est et non puduit aperire os suum in cœlum et coram laudabilibus personis dicere et affirmare Sanctissimum Dominum nostrum nequissimum virum esse. —

His omnibus multo iam tempore toleratis iidem ciues saluti animarum suarum intendentes persuasionem et consilio Rdissimi Domini Mathæi Cardinalis Sedunensis ad electionem alterius Curati uidelicet præfati venerabilis Domini Nicolai Bugnieti, qui iam prius per quindecim annos et ultra eidem Ecclesiâ profuerat, consentierunt et unanimiter consentientibus vniuersis ciuibus, ut moris est, eundem Dominum Nicolaum in Rectorem eiusdem Ecclesiæ elegerunt, et Rdissimo Domino Episcopo Lausanensi Ordinario præsentauerunt.

